[In]cipit prefatio iuvencalis auctoris egregii.

[Imm]ortale nichil mundi compage tenetur.
[Non] orbis non [regna] hominū n̄ aurea roma.
Non mare non telluſ non ignea ſydera celi.
Nam ſtatuit genitor rerū inrevocabile tempus
Quo cunctū torrens rapiat flāma ultima mundū.
Sed tamen innumeros homines ſublimia facta
At uirtutiſ honos in tempora longa frequentant.
Accumulant quorum famam laudeſq; poetę.
Hos celsi cantus ſmirnę de fonte fluentes
Illos mantiadę celebrat dulcedo maronis.
Nec minor ipſorū diſcurrit gl͞a uatum.
Que manet ęternę ſimiliſ dum ſecla uolabūt.
Et uertigo poli terras atq; equora circum
Ethera ſydereū iuſſu moderaminē uoluit.
Quod ſi tā longā meruerunt carmina famā
Que veterū geſtis hominū mendatia nectunt
Nobis certa fides ęternę in ſecula laudiſ
Inmortale decus tribuet meritū q; rependet.
Nam mi carmen erit xp̄i uitalia geſta
Diuinū in populis falsi ſine crimine donū.
Nec metus ut mundi rapiant incendia ſecū.
Hoc opus. hoc etenī forſan me ſubtrahet igni
Tunc cū flāmiuoma deſcendet nube coruſcans
Iudex altithroni genitoris gl͞a xp̄s.
Ergo age ſcīficus adſit mi carminis auctor.
Xp̄s et puro mentē irriget amne canentis
Dulcis iordanis ut xp̄o digna loquamur.

Explicit prefatio iuuencalis. ad zachariā.
[In]cipit liber iuuenci p̄mi de narratione lucas. Angel[us]

Praefatio Iuvenci.

Horreaq; implebit [se]creti copia farris. 380
At[que] ... leves paleas [...] ignis.
[illegible] a [...] .XXII.
Cernit iohannes ueneranda lauacra petentē.
Sed uetat inceptans uates et talia fatur I. 349.
Tune meis manibus digneris mergier undis.
Cū tua me melius poſſint purgare lauacra.
Dixit iohannes. cui talia reddit iesus
Tunc ſine nā decet hoc ſic ſcā p̄omiſſa nobis
Iuſticię conſectandus cōplebitur ordo.
Hec memorans ulteriaſ xp̄s penetrabat ī undas.
Surgenti manifeſta dei preſentia claret.
Scindit auricolor celi ſemp tēplens ęthra
Corporeāq; gerens ſpeciē deſcendit ab alto
Sp̄s aeriam ſimulans ex nube colūbam.
Et ſcō flatu corpus p̄fudit ihu.
Tunc uox miſſa longū p̄ inane cucurrit
Abl[utum] undis xp̄m flatuq; p̄unctum.
Alloquitur te nate hodie p̄ gaudia teſtor
Ex me p̄genitū placet hec michi gl͞a p̄les.

Ubi xp̄c temptatur a diabolo. XXIII.

Tunc petit umbroſos montes et [lu]ſtra ferarū.
Obsequiū q; illi patris prebere miniſt[ri]
Certabant rapidi mox liuor demonis ater.
Cū terrore rapit mentē nec defuit ergo.
Temptandi iterea xp̄m uerſutia fallax
Quadraginta illi fuerant ex ord[i]ne ſoles.
Ex quo nulla cibi potuſq; [ali]menta dabant.
Sed contexta ſimul firmi ieiunia c[or]dis
Terrarū ad regnū cordis ſecreta tenebant

License: cc-by-sa – Cluj-Napoca, Biblioteca Academiei Române, Cod. Lat. 12, _1v_8r – Iuvencus, Evangelicae historiae
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-y156/12365/87816)